

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro C. Rabirio perduellionis reo, ad Quirites. Oratio XVIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Oratio

Criminor.

vestra sunt, condonari possessoribus eadē lege videatis! Iam totā legē intelligetis cū ad patrum dominatiōnē scripta sit, tum ad Syllanę assignatiōnis rationes esse accōmodatissimam, nam socer huius vir multū bonus est: neq; ego nūc de illius bonitate, sed de genere impudētię disputo. Ille enim qđ habet retinere vult, neq; se Syllanū esse dissimulat. Hic vt ipse habeat, qđ nō habet, quę dubia sunt, per vos sancire vult: & cū plus appetat q̄ ipse Sylla, qđ ego rebus resisto, Syllanas res defendere criminor. Habet agros nōnullos, inquit, socer meus defertos, atq; longinquos; vēdet eos mea lege quāti vult, habet incertos, ac nullo iure possessos, confirmabuntur optimo iure, habet publicos, reddā priuatos, deniq; eos fundos, quos in agro Cassinati optimos, fructuosissimos cōtinuauit, cū vsq; eo vicinos p̄scriberet, quoad oculos confirmando, ex multis p̄diis vnā eandē regionē, formāq; perfecit, quos nūc cū aliquo metu tenet, sine vlla cura p̄suidebit. Et quoniā qua de causa, & quorū causa ille hoc promulgauit, ostendī, doceat ipse, nū ego quē possessorē defendā, cū Agrarię legi resisto! Syluā Scantiam vendis. Resp. possidet, defendo. Campanū agrū diuidis: vos estis in possessione, nō cedo. Deinde Italia, Sicilia, ceterarūq; prouinciārum possessiones venalis, ac proscriptas hac lege video, vestra sunt p̄adia, vestrę possessiones, resistam, atq; repugnabo, neq; patiar a quoq; populū Romanū de suis possessionibus me consule dimoueri: p̄sertim cū vobis nihil q̄ratur, hoc enim vos in errore versari diutius non oportet. Nūquis vestrū ad vim, ad facinus, ad eadem accōmodatus est? Nemo. Atq; ei generi hominū, mihi credite, Campanus ager, & p̄clara illa Capua seruetur, exercitus contra vos, cōtra libertatē vestrā, contra Cn. Pompeiū constituit: cōtra hęc urbē Capua, contra vos manus hominū audacissimorū, cōtra Cn. Pompeiū decē duces comparantur. Veniant coram, & quoniā me in vestram concionem vobis flagitantibus conuocauerunt, differant.

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO, AD QVIRITES. ORATIO. XVIII.



ITSI QVIRITES Non est meę cōsuetudinis inītiō dicēdi rationē reddere, qua de causa quęq; defendā, propterea q; cū oībus ciuibus in eorū periculis semp̄ satis iustā mihi causam necessitudinis esse duxi, tū in hac defensione capiris, fame, fortunarūq; omniū C. Rabirii proponenda ratio videt̄ esse officii mei: propterea q; quę iustissima mihi causa ad hūc defendendū esse visa est, eadē vobis ad absolvendū debet videri. Nā me cū amicitie vetustas, tū dignitas hoīs, tum ratio humanitatis, tū meę vite perpetua cōsuetudo, ad C. Rabiriū defendendū est adhortata, at vero vt id studiosissime facerē, salus Reip. cōsulare officii, Consulatus deniq; ipse mihi vna vobiscū cū

Culpa delicti.

Cōsulis boni officii.
Ciuis boni officium.

Inuocatio.

salute Reip. cōmēdatus, coegit. Nō em̄ C. Rabiriū culpa delicti, nō inuidia, viteq; turpitudine, nō deniq; veteres iuste, grauesq; inimicitie ciuiū in discrimē capitis vocauerūt, sed vt illud summū auxiliū maiestatis, atq; iperū, qđ nobis a maiorib; est traditū, de Rep. tollerēt: vt nihil posthac auctoritas Senatus, nihil cōsulare iperū, nihil cōsensio bonorū, cōtra pestē, ac p̄niciē ciuitatis valeret: idcirco in his reb; euertēdis vnus hoīs senectus, infirmitas, solitudoq; tēta ta est. Quāobrē si est boni cōsulis, cū cūcta auxiliā Reip. labefactari cōuelliq; videat, ferre opē patrię, succurrere saluti, fortunisq; cōmunibus, implorare ciuiū fidē, suā salutē posteriōrē salute cōmuni ducere: est etiā bonorū & forriū ciuiū, quales vos oībus Reip. tēporib; extitistis, intercludere oīs seditionū vias, munire p̄sidia Reip. summū in cōsulibus iperū, summū in Senatu cōsiliū, putare: ea q; securus sit, laude potius, & honore, q; p̄cena, & supplicio dignū iudicari. Quāobrē labor in hoc defendēdo p̄cipue meus est, studiū vero cōseruandī hoīs cōmune mihi vobiscū esse debet. Sic em̄ existimare debetis Quirites: post hominū memoriā rē nullā maiorē, magis periculofam, magis ab oībus vobis p̄uidēdā, neq; a Trib. Pl. susceptā, neq; a cōsule defensam, neq; ad Populū Ro. esse delatā. Agitur em̄ nihil aliud in hac causa Quirites, q; vt nullū sit posthac in Rep. publicū cōsiliū, nulla bonorū consensio cōtra improborū furorē, & audaciā, nullū extremis Reip. tēporibus p̄fugiū, & p̄sidiū salutis Reipublicę. Quę cū ita sint, primū, qđ in tāta dimicatione capitis, fame, fortunarūq; oīm fieri necesse est, ab Ioue Optimo Maximo, ceterisq; diis deabusq; immortalibus, quorū opē, & auxiliū multo magis hac Reip. q; ratione hominū, & cōsilio gubernatur, pacē ac veniā p̄to: p̄corq; ab iis, vt hodiernū diem, &

ad huius salutē conseruandā, & ad Remp. constituendā, illuxisse patiātur. Deinde vos Quirites, quorū potestas proxime ad deorū immortalīū numen accedit, oro, atq; obsecro, quoniam vno tempore vita C. Rabirii hominis miserimī, atq; innocentissimī, salus Reipublicae vestris manibus suffragiisq; permittitur, adhibeatīs in hominis fortunīs misericordiā, in Reip. salute sapiētiā, quā soletis. Nūc quoniam T. Labiene diligētiē meę, tēporis angustiis obstitisti: meq; ex cōparato, & cōstituto spatio defensionis, in semihorę curriculum coegisti: parebitur & qđ iniquissimū est, accusatoris cōditioni: & qđ miserimū, inimici potestati. qđ in hac p̄scriptio ne semihorę, patroni mihi partes reliquisti, Consulī adēmissi: propterea qđ ad defendēdum propemodū satis erit hoc mihi tēporis, verū ad conquerendū parū, Nisi forte de locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respōdendū putas. quo in crimine nihil est vnq; abs te dictū, nisi a C. Macro obiectū esse crimen id C. Rabirio, in quo ego demiror, meminisse te quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus: oblitū esse, quid aequi & iurati iudices iudicarint. An de peculatu factō, an de tabulario incēso, longa oratio est ex primenda: quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua, est honestissime liberatus: ipse vero Rabirius nō modo in iudiciū horum criminū, sed ne in tenuissimā quidē suspitionē verbo est vnq; vocatus. An de sororis filio diligentius respondendū est: quē ab hoc necatū esse dixisti, cū ad iudiciū morā familiaris funeris excusatio q̄reatur. Quid enim est tā verisimile, qđ chariorē huic sororis maritū, qđ sororis filiū fuisse: atq; ira chariorē, vt alter vita crudelissime priuaretur, cū alteri ad plationē iudiciū biduū q̄reret. An de seruis alienis contra legē Fabiam retētis, aut de ciuibus Romanis cōtra legē Porciam verberatis, aut necatis, plura dicēda sunt: cū tanto studio C. Rabirius totius Apulię, singulari volūtate Campanię vicinītatē ornetur: cūq; ad eius propulsandū periculū nō modo homines, sed prop̄ regiones ipse cōuenerint, aliquāto etiā latius excitatē, qđ ipsi vicinītatē nominē, ac termini postulabāt: Nā quid ego ad id longā orationē cōparē, qđ est in eadē multatē irrogatione p̄scriptū, hūc nec suę nec aliene pudicitie p̄percisse: Quin etiā suspicor eo mihi semihorā a Labieno p̄stitutā esse, vt ne plura de pudicitia dicerē. Ergo ad hac crimina, quę patroni diligētiā desiderāt, intelligis mihi semihorā istā nimīū longā fuisse. Illam alterā p̄tē de nece Saturnini, nimis exiguā, atq; angustā esse voluisti: quę nō oratoris ingeniū, sed cōsulis auxiliū implorat, & flagitat. Nā de perduellionis iudicio, qđ a me sublatum esse criminari soles, meū crimen est, nō Rabirii, qđ vtinā Quirites ego id aut primus, aut solus ex hac Rep. sustulissē: vtinā qđ ille crimē esse vult, propriū testimoniū meę laudis esset. Quid em̄ optari potest qđ ego mallē, qđ me in consulatu meo carnificē de foro, crucē de cāpo sustulisse: Sed ista laus primū est maiorę nostrę Quirites, qđ expulsis regibus, nullū in libero populo vestigiū crudelitatis regiē retinuerūt. deinde multorū viroꝝ fortīū, qđ vestrā libertatē nō acerbitate suppliciorū infestā, sed lenitate legū munitā esse voluerūt. Quāobrē vter nostrū tādē Labiene popularis est: tu ne, qui ciuibus Romanis in cōcione ipsa carnificē, qđ vincla adhiberi putas oportere: qui in cāpo Martio comitiis Cēturiatis auspicato in loco crucē ad ciuiū suppliciiū defigi, & constitui iubes: an ego, qui funestari concionē contagione carnificis veto: qui expandū forū Populi Ro. ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dico: qui castā concionē, sanctū campū, inuīolatū corpus omniū ciuiū Ro. integrū ius libertatis defendo seruari oportere: Popularis vero Tribunus Plebis, custos, defensorq; iuris, & libertatis, Porcia lex virgas ab omniū ciuiū Ro. corpore amouit. hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatē ciuiū licetori eripuit. Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legē tulit ne de capite ciuiū Ro. iniussu vestro iudicaret. hic popularis a Duīuiris iniussu vestro, nō iudicari de ciue Ro. sed idicta causa ciue Ro. capitis cōdemnari coegit. Tu mihi etiā legis Porcię, tu C. Gracchi, tu horū libertatis, tu cuiusq; deniq; hominis popularis, mētionē facis, qui nō modo suppliciis inusitatis, sed etiā verborū inaudita crudelitate, violare libertatē huius populī, tenrare mansuetudinē, cōmutare disciplinā conatus es: Nāq; hac tua, quę te hominē clementē, popularē qđ delectant: I licetor colliga manus: quę nō modo huius libertatis mansuetudinē nō sunt, sed ne Romulī quidem, aut Numę Pompiliū: sed Tarquinii superbissimī atq; crudelissimī Regis ista sunt cruciatus carmina, quę tu homo lenis ac popularis libentissime cōmemoras: Caput obnubito, arbori infelici suspendito: quę verba Quir. iam pridē in hac Rep. non solū tenebris vetustatis, verū etiā luce libertatis oppressa sunt. An vero, si actio ista popularis esset, & si vllā partē aequitatis haberet, aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset: scilicet tibi grauiorem

Illuxisse.

Semihora.

de lucis.

Tabulariū.

Perduellio
nis iudiciū

I licetor, col
liga man.

Infelix
arbor.

Oratio

dolorē patruī tui mors attulit, q̄ C. Graccho fratris: & tibi acerbior ei⁹ patruī mors est, quē nūq̄ vidisti, q̄ illi eius fratris, quicū concordissime vixerat: & similis viri tu vlcisceris patruī mortē, atq; ille persequeret fratris sui, si ista ratione agere voluisset: & par desiderii sui reliq; apud Populū Ro. Labienus iste patruus vester, quisquis fuit, & Ti. Gracchus reliquerat: an pietas tua maior, q̄ Gracchi: an animus: an consiliū: an opes: an auctoritas: an eloquentia: que si in illo minima fuissent, tamē p̄ tuis facultatibus maxima putarētur. Cū vero his reb⁹ omnibus C. Gracchus omnis vicerit, quantū interuallū tandē inter te atq; illum interiectū putas: Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, q̄ in eius concione carnifex cōsisteret: quē nō modo foro, sed etiā calo hoc, ac spiritu Censorie leges, atq; vrbis domicilio carere voluerūt. hic se popularē dicere audet: me alienū a cōmodis vestris: cū iste omnis, & suppliciorū, & verborū acerbitates, nō ex memoria vestra ac patrū vestrorū, sed ex annaliū monumentis, atq; ex Regū cōmētariis conquiescit: ego omnibus meis opibus, oībus consiliis, omnibus dictis, atq; factis repugnarim, & restiterim crudelitati. Nisi forte hāc cōditionē vobis esse vultis, quā serui, si libertatis spem p̄positā non haberēt, ferre nullo modo possent. Misera est ignominia iudiciorū publicorū, misera multatio bonorū, miserū exiliū, sed tū in omni calamitate retinetur aliquod vestigiū libertatis. Mors deniq; si proponitur, in libertate moriamur. Carnifex vero, & obductio capitis, & nomē ip̄m crucis absit, nō modo a corpore ciuī Romano, sed etiā a cogitatione, oculis, auribus. Harū em̄ omnium rerū nō solū euetus, atq; p̄fessio, sed etiā cōditio, expectatio, mētio ipsa deniq; idigna ciue Ro. atq; homine libero est. An vero seruos nostros horū suppliciorū omnium metu, dominorū benignitas vna vindicta liberavit: nos a verberibus, ab vincto, a crucis deniq; terrore, neq; res geste, neq; acta atas, neq; nostri honores vindicabūt: Quāobrē fateor, atq; etiā T. Labiene profiteor, & p̄ me fero, te ex illa crudeli, importuna, nō tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione, q̄q̄ omnia exēpla maiorū, omnis leges, omnē auctoritatē Senatus, omnis religiones, atq; auspicioꝝ publica iura neglexisti: tamē a me hāc in hoc tā exiguo meo tēpore non audies. liberū tēpus nobis dabit ad istā disceptationē, nunc de Saturnini crimine, ac de clarissimi patruī tui morte dicemus. Arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninū, & id C. Rabirius multorū testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendēte, antea falsum esse docuit. Ego autē si mihi esset integrū, suscipere hoc crimen, agnoscerē, cōfiterer. Vtinā hāc mihi facultatē causa cōcederet, vt possem hoc p̄dicare, C. Rabirii manu, L. Saturninū hostē Populi Ro. interfectū. Nihil me clamor iste cōmouet, sed consolatur, cū indicat esse quosdā ciuis imperitos, sed nō multos: nūq̄ mihi credite, Populus Ro. hic q̄ silet, consulē me fecisset, si vestro clamore perturbatū iri arbitraret. Quāto iā leuior est acclamatio, quin cōtinetis vocē indicē stultitię vestre, testē paucitatis: Libenter inquā confiterer, si vere possem, aut etiā si mihi esset integrū, C. Rabirii manu, L. Saturninū esse occisum: & id facinus pulcherrimū eē arbitraret. Sed quoniā id facere nō possum, cōfitebor id qd̄ ad laudē minus valebit, ad crimē nō minus. Confiteor interficiēdi Saturnini causa, C. Rabiriū arma cepisse, quid est Labiene: quā a me grauiorē confessionē, aut qd̄ in hūc maius crimen expectas: nisi vero interesse aliquid putas, inter eum qui hominem occidit, & eum qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere nō possunt, si arma iure sumpta concedis, inter

Defunt non pauca.

Fit S. C. vt C. Marius, L. Valerius Cōsules adhiberēt Tribunos Pl. & p̄tores, quos eis videret: operāq; darēt, vt impiū Populi Ro. maiestāq; cōseruaret. adhibēt oīs Tribunos Pl. p̄ter Saturninū, p̄ter Glaciā: q̄ Rēp. saluā esse vellent, arma capere, & se sequi iubēt. parēt oēs. ex adificiis, armamentariisq; publicis arma Populo Ro. C. Mario consule distribuente dantur. Hic iā vt omittā cetera, de te ip̄so Labiene q̄ro: cū Saturninus Capitoliū teneret, armatus esset vna C. Glaciā, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atq; ergastulo Gracchus: addam (quoniam ita vis) eodem Q. Labienum patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus Const. post cunctus Senatus, atq; ille Senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos P. Conscriptos q̄ nunc sunt, in inuidiam vocatis, quo facilius de hoc Senatu detrahere possitis: * cū equester ordo, at quorū equitum Ro. diū immortales: patrum nostrorū atq; eius atatis, quæ tū magnā

Millies mo
reretur.

Obductio
capitis.

Vindicta.

Fateor.
Profitetur.
P̄ me fe
ro.

Armamen
taria pu
blica.

partem Reip. atq; oem dignitatē iudiciorū tenebat: cum oēs omnīū ordinū hoīes, qui in salu-
 te Reip. salutē suam repositā esse arbitrabant, arma cepissent: quid tandē C. Rabirio faciendū
 fuit: de te ipso inquā Labiene quēro. cū ad arma consules ex S. Cōsulto vocauissent: cū arma-
 tus M. Aemilius Princeps Senatus in comitio constitisset, qui cū ingredi vix posset, nō ad in-
 sequendum sibi tarditatem pedū, sed ad fugiendum impedimento fore putabat: cū deniq; Q.
 Scauola confectus senectute, prepeditus morbo, mancus, & membris oībus captus, ac debilis,
 hastili nixus, & animi vimi, & infirmitatem corporis ostenderet: cū L. Merellus, Ser. Galba, C.
 Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesq; qui tum erant cōsulares, pro salute cō-
 muni arma cepissent: cum oēs Prētores, cuncta nobilitas, ac iuuentus accurreret, C. & L. Do-
 mitius, L. Crassus, Q. Mutius, C. Claudius, M. Drusus: cū omnes Octauii, Metelli, Iulii, Cassii,
 Catones, Pompeii, cum L. Philippus, L. Scipio, cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipse
 P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruisti, cū hic Q. Catulus admodū tum adolecēs,
 cum hic C. Curio, cum deniq; oēs clarissimi viri cū consulibus essent, quid tandē C. Rabirio
 facere conuenit: vtrum inclusum atq; abditum latere in occulto: atq; ignauā suam tenebra-
 rum ac parietum custodiis tegere: an in Capitolium pergere: atq; ibi se cum tuo patruo & ce-
 teris ad mortem propter vitē turpitudinē confugientibus congregare: an cum Mario, Scau-
 ro, Carulo, Metello, Scauola, cum bonis deniq; omnibus coire nō modo salutis, verum etiam
 periculi societatem: Tu deniq; Labiene quid faceres tali in re ac tempore: cum ignauā ratio-
 te in fugam atq; in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arces-
 feret, Consules ad patrię salutem ac libertatem vocarent: quā tandē auctoritatem, quā vocē,
 cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles? Patruus inquit meus cū Satur-
 nino fuit, quid pater: quicū: quid propinquū vestri Equites Romani: quid omnis pfectura, re-
 gio, vicinitas vestra: quid ager Picenus vniuersus: vtrum Tribunitiū furorem, an consularē
 auctoritatem securus est: Equidē hoc affirmo, qd tu nūc de tuo patruo pēdicas, neminē vnq;
 adhuc de sese esse confessum, nemo est inquā inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab
 omni nō modo honestate, sed etiā simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse
 cū Saturnino fatere. At fuit vester patruus, fuerit, & fuerit nulla desperatione rerū suarū,
 nullis domesticis vulneribus coactus: induxerit eū L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam pa-
 trię pponeret: idcirco ne oportuit C. Rabirio desciscere a republica: non comparere in illa ar-
 mata multitudine bonorum: consulū vocī, atq; imperio non obedire: Atqui videmus hęc in-
 rerum natura tria fuisse, vt aut cū Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere mortis
 erat instar turpissimę, cū Saturnino esse, furoris & sceleris, virtus & honestas & pudor cum
 consulibus esse cogebat. hoc tu igit in crimen vocas: qd cum iis fuerit C. Rabirius, quos amē-
 rissimus fuisset, si oppugnasset: turpissimus, si reliquisset. At C. Decianus, de quo tu sepe com-
 memoras, quia cū hominē oībus insignem notis turpitudinis P. Furiū accusaret summo stu-
 dio bonorū omnīū, queri est ausus in concione de morte Saturnini, condēnatus est: & Sex. Ti-
 tius, qd habuit imaginē L. Saturnini domi suę, condēnatus est. Statuerunt Equites Ro. illo iu-
 dicio, improbum ciuē esse, & non retinendū in ciuitate, quī hominis hostilē in modū seditio-
 si imaginē aut mortē eius honestaret, aut desideria imperitorū misericordia cōmoueret, aut
 suam significaret imitandę improbitatis voluntatē. Itaq; mihi mirū videt, vnde hanc tu La-
 biene imaginem, quā habes, inueneris. nam Sex. Titio damnato, qui istā habere auderet, inue-
 tus est nemo. Quod tu si audisses, aut si per etatē scire potuisses, nūq; profecto istā imaginem
 quę domi posita pestem atq; exiliū Sex. Titio attulisset, in rostra atq; in concionem attulisses,
 nec tuas vnq; rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem, & in q-
 bus C. Deciani naufragiū fortunarū videres, sed in his rebus oībus imprudentia laberis, cau-
 sam enim suscepisti antiquiorē memoria tua: quę causa ante mortua est, qd tu natus esses, qua
 in causa tute profecto fuisses, si per etatē esse potuisses, eam causam in iudiciū vocas. An non
 intelligis primū quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas: deinde quos
 ex iis, qui viuunt, eodem crimine in summū capitis periculū arcessas: Nā si C. Rabirius frau-
 dem capitalem admisit, qd arma contra L. Saturninū tulit, huic quidē afferet aliquā depreca-
 tionem periculi, etas illa, qua tum fuit: Q. vero Catulū patrem huius, in quo summa sapien-
 tia, eximia virtus, singularis humanitas fuit: M. Scaurū, illa grauitate, illo consilio, illa prudē-
 tia: duos Mutios: L. Crassum, M. Antoniū, qui tum extra urbem cū presidio fuit, quorū in hac
 ciuitate longe maxima consilia, atq; ingenia fuerūt: ceteros parī dignitate pēditos, custodes,

Membris captus.

Coire socie- tatem.

Vix enim...

Oportet...

Oratio

gubernatoresq; Reip. quæadmodū mortuos defendemus! Quid de illis honestissimis viris atq; optimis ciuibus Equitibus Ro. dicem⁹, qui tū vna cū Senatu salutē Reip. defenderūt! quid de tribunis ærariis: ceterorūq; ordinū omnīū hominibus! qui tum arma pro cōmuni libertate ceperunt. Sed quid ego de iis oībus, qui cōsulari imperio paruerūt, loquor! de ipsorū Coss. fama, quid futurū est! L. Flaccū hominē cū semper in Rep. tum in magistratibus gerēdis, in sacerdotio, cerimoniisq;, quibus p̄erat, diligentissimū, nefarii sceleris ac parricidii mortuū condēnabimus! adiungemus ad hanc labē ignominiæq; mortis etiā C. Marii nomen! C. Mariū, quem vere patrē patrię, parentē inquā vestrę libertatis, atq; huiusce Reip. possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuū condēnabimus! Etenim si C. Rabirio q; iit ad arma, crucem T. Labienus in campo Marrio defigendā putauit, qđ tandem excogitabitur in eū, suppliciu, qui vocauit! Ac si fides Saturnino data est, qđ abs te sepissime dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit, idemq; violauit, si in fide non stetit. Quæ fides Labiene qui potuit sine Senatuscōsulto dari! adeo ne hospes huiusce vrbis! adeo ne ignarus es disciplinæ consuetudinisq; nostræ, vt hæc nescias! vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratū gerere videre! Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt! quoniā sensu & vita caret. Ira ne vero! tantis in laboribus C. Marius periculisq; vixisset, si nihil longius q̄ vitæ termini postulabāt, spē atq; aīo de se: & gloria sua cogitasset! At credo, cū innumerabilis hostiū copias in Italia fudisset, atq; obsidione Rēp. liberasset, oīa sua secū vna moritura arbitrabat. nō est ita Quiritēs, neq; quisq; nostrū in Reip. periculis cū laude ac virtute versat, quin spē posteritatis fructuq; ducat. Itaq; cum multis aliis de causis virorū bonorum mentes diuinę mihi, atq; atene videntur esse, tum maxime, q̄ optimi & sapiētissimi cuiusq; animus ita p̄sentit in posterū, vt nihil nisi sempiternū spectare videat. Quapropter equidē & C. Marii, & ceterorū virorum sapientissimorū, ac fortissimorū ciuiū mentes, quę mihi vidētur ex hominū vita ad deorum religionē & sanctimoniā demigrasse, testor, me pro illorū fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis fanis, atq; delubris propugnandū putare: ac si pro illorū laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, q̄ illi pro cōmuni salute ceperunt. Etenim Quiritēs exiguū nobis vitę curriculū natura circūscripsit, immensum glorię, quare si eos qui iam de vita decesserunt, ornabimus, iustiorē nobis mortis conditionē relinquemus. Sed si illos Labiene, quos iam videre non possumus, negligis, ne his quidem, quos vides, cōsuli putas oportere! Neminem esse dico ex iis oībus, qui illo die Romę fuerint, quę tu diem in iudiciū vocas, pubesq; tum fuerit, quin arma cœperit, quin consules secutus sit, omnes ii, quorū tu ex ætate coniecturam facere potes, quid tum fecerint: abs te capitis C. Rabirii nomine citant. At occidit Saturninum Rabirius, vtinā fecisset, non suppliciu deprecaret, sed pramium postulare. Etenim si Sceuę seruo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninū, libertas data est, qđ Equiti Ro. premiū dari par fuisset! & si C. Marius, q; fistulas quibus aqua suppeditabat Iouis Opt. Max. templis, ac sedibus, p̄cedi imperarat, q; in cliuo Capitolino improborum ciuium.

Defunt non pauca.

IN L. CATILINAM, IN SENATV.

ORATIO. XIX.



O tempora,
O mores.

VOVSQVE TANDEM ABVTERE CATILINA PATIENTIA nostra: qđ diu nos etiam furor iste tuus eludet! quem ad finem se se effrenata iactabit audacia! nihil ne te nocturnum p̄sidium palatii! nihil ne vrbis vigilię! nihil timor populi! nihil concursus bonorum omnīū! nihil hic munitissimus habēdi Senatus locus! nihil horum ora, vultusq; mouerunt! patere tua consilia non sentis! constrictam iam omnīū horum conscientia teneri coniurationem tuā nō vides! quid proxima, quid superiore nocte egeris, vbi fueris, quos cōuocaueris, quid consilii ceperis, quę nostrum ignorare arbitraris! O tempora, O mores, Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamē viuūt. viuūt! immo vero etiā in Senatum venit: sit publici consilii particeps: notat, & designat oculis ad cędem vnūquenq; nostrū. nos autem viri fortes satisfacere Reip. videmur, si istius furorem, ac tela vitemus. Ad mortem te Catilina duci iussu cōsulis iam pridem oportebat: in